Arg. L. TORQVAT. III. VIR. *Torques in cujus medio tripus, cum urceolo, sive guttu, inter duos asteriscos.*
SIBYLL. *Imago Sibyllæ in corona laurea.* Tab. XXI. Num. VIII.
Fulvij numus, nec torquem nec coronam lauream habet.

MARCIA.

Aur. ANCVS. *Regis Anci Marcij caput, cum lituo ad cervicem.*
Arg. PHILIPPVS. AQVA. MR. L. *Marcij Philippi statua equestris, supra aquæductum.*

Arg. AVCVS. *Imago regis Anci ut præcedens.*
IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. VEST. PHILIPPVS AQVA MR.
Statua equestris ut supra. Tab. XXI. Num. IX.
Fulviano deest inscriptio restitutionis Trajani.

Arg. L. PHILIPPVS ✕. L. M. *Philippi statua equestris, ramum palmæ gestans.*
MA. X. *Philippi regis Macedoniæ effigies, cum diademate, ex quo flamma elucet.*

Arg. RA. X. *Philippi regis imago eadem sed incusa.* Tab. XXI. Num. X.
Deest Fulvio.

Arg. L. CENSORIN. *Iunonis Reginæ imago.*
C. LIMEAN. P. CREPVSI. *Bigæ & supra* C. XXIIII.

* Arg. L. CENSORIN. *Iunonis imago.*
C. LIMEAN. P. CREPVSI. *Bigæ, supra* ⩛ V.
Hic non sculptus deest Fulvio, ob numerum.

Arg. C. CENSO. *Desultorius eques, cum caduceo infra.*
Numæ Pompeij & Anci Marcij, regũ capita: quæ figura etiam est sex sequentiũ.

☞ Arg. C. CENSO. *Desultorius eques, cum temone infra.*
Tab. XXII. Num. I.

☞ Arg. C. CENSO. *Desultorius, cum ramusculo lauri infra.*
Tab. XXII. Num. II.

☞ Arg. C. CENSO. *Desultorius, cum buteone infra.*
Tab. XXII. Num. III.

☞ Arg. C. CENSO. *Desultorius, infra navicula.*
Tab. XXII. Num. IIII.

☞ Arg. C. CENSO. *Desultorius, infra* VII.
Tab. XXII. Num. V.

☞ Arg. C. CENSO. *Desultorius, infra* XXXII.
Tab. XXII. Num. VI.

Sex superiores differunt invicem & à Fulviano, characteribus & numeris.

Arg. C. CENSO. *Equus singularis decurrens, supra pilei Castoris & Pollucis.*
Imago Apollinis.

✱ Arg. C. CENSO. *Equus vt præcedens, cum literis* E. C.
Imago Apollinis. Desunt Fulvio literæ E. C.

Arg. Q. MARC. ROMA. *Castor & Pollux equestres hastati.*
LIBO. X. *Romæ caput.*

Arg. C. MARCI. L. F. CENSORIN. AVG. III. VIR. A A A. F. F. S: C.
OB CIVIS SERVATOS. *Corona civica & circum duo ramuli lauri.*

Arg. Q. MARC. LIBO. *Rostrum navis.*
Janus bifrons.

MARIA.

☞ Arg. C. MARI. C. F. CAPIT. *Imago Cereris spicata, &* XI.
Duum-vir agens jugum boum & sulcum aratro ducens, supra XI.

Tab. XXII. VIII.

☞ Arg. C. MARI. C. F. CAPIT. *Imago Cereris, &* XXVII.
S. C. *Duum-vir vt præcedens, infra character supra* XXVII.

Tab. XXIII. Num. IX.

☞ Arg. C. MARI. C. F. CAPIT. *Imago Cereris, & numerus* XXXI.
S. C. *Duum-vir, infra character & supra.* XXXI.

Tab. XXII. Num. X.

☞ Arg. CAPIT. *Imago Cereris cum charactere sub mento, &* XXXXIII.
C. MARI. C. F. S. C. *Duum-vir, & supra* XXXXIII.
Tab. XXII. Num. XI.

☞	Aur.	CAPIT. *Imago Cereris cum charactere &* XXXXV. C. MARI. C. F. S. C. *Duumvir, & supra* XXXXV. Tab. XXII. Num. XII.
☞	Arg.	CAPIT. *Imago cum charactere, vt præcedens &* LV. C. MARI. C. F. S. C. *Duumvir, & supra* LV. Tab. XXII. Num. XIII.
☞	Arg.	CAPIT. *Imago cum charactere. &* LXIIII. C. MARI. C. F. S. C. *Duumvir, & supra* LXIIII. Tab. XXIII. Num. I.
☞	Arg.	CAPIT. *Imago Cereris, character &* LXVIII. C. MARI. C. F. S. C. *Duumvir, &* LXVIII. Tab. XXIII. Num. II.
☞	Arg.	CAPIT. *Imago Cereris, character, &* LXXV. C. MARI. C. F. S. C. *Duumvir, &* LXXV. Tab. XXIII. Num III.
☞	Arg.	CAPIT. *Imago Cereris, character, &* LXXX. C. MARI. C. F. S. C. *Duumvir, &* LXXX. Tab. XXIIII. Num. IIII.
☞	Arg.	CAPIT. *Imago Cereris cum flosculo, &* LXXXVIII. C. MARI. C. F. S. C. *Duumvir, &* LXXXVIII. Tab. XXIII. Num. V.
☞	Arg.	CAPIT. *Cereris imago cum tæda, &* LXXXX. C. MARI. C. F. S. C. *Duumvir, &* LXXXX. Tab. XXIII. Num. VI.
☞	Arg.	CAPIT. *Cereris imago cum arcu, &* CXV. C. MARI. C. F. S. C. *Duumvir, &* CXV. Tab. XXIII. Num. VII.
☞	Arg.	CAPIT. *Imago Cereris cum charactere, &* CXXXIII. C. MARI. C. F. S. C. *Duumvir, &* CXXXIII. Tab. XXIII. VIII.
☞	Arg.	CAPIT. *Imago Cereris, cum pileo &* CXXXIIII. C. MARI. C. F. S. C. *Duumvir, &* CXXXIIII. Tab. XXIII. Num. IX.

CAPIT

☞ Arg. CAPIT. *Imago Cereris cum canicula, &* CXXXV.
C. MARI. C. F. S. C. *Duum-vir &* CXXXV.
Tab. XXIII. Num. X.

☞ Arg. CAPIT. *Cereris imago cum patera, &* CXXXXV.
C. MARI. C. F. S. C. *Duum-vir &* CXXXXV.
Tab. XXIIII. Num. I.

☞ Arg. CAPIT. *Imago Cereris cum anchora, &* CXXXXVIII.
C. MARI. C. F. S. C. *Duum-vir &* CXXXXVIII.
Tab. XXIIII. Num. II.

Octodecim superiores differunt a Fulviano, & inter se characteribus, & numeris ab utraque parte.

✱ Arg. CAPIT. *Imago Cereris. &* LXXVIII.
C. MARI. C. F. S. C. *Duum-vir &* LXXVIII.

✱ Arg. CAPIT. *Imago Cereris, &* CXXXVI.
C. MARI. C. F. S. C. *Duum-vir, &* CXXXVI.

Hi duo non sculpti differunt a Fulvio ratione supradicta.

Arg. C. MARIVS. C. F. PRO. III. VIR. *Quadrigæ cum palma, quæ aurigæ in Circensibus septies currenti ad metas victori donabatur.*
AVGVSTVS. *Imago Augusti cum lituo ad cervicem.*

☞ Arg. C. MARIVS C. F. PRO. III. VIR. *Figura pontificalis, cũ simpullo dextra.*
AVGVSTVS DIVI F. *Imago Augusti in corona quercea.*
Tab. XXIIII. Num. III.

☞ Arg. C. MARIVS. *Imago Marij.*
A. BOCCHO. *Elephas.*
Tab. XXIIII. Num. IIII.
Caret Fulvius.

☞ Arg. CIMBRVS. *Marij imago.*
Victoriola stans sacrificantis ritu ad aram accensam, iuxta quam strictus pugio, infra E R.
Inter omissa positus. Tab. XXXXV. Num. III.
Deest Fulvio.

MEMMIA.

Arg. C. MEMMI. C. F. QVIRINVS. *Imago Quirini sive Romuli.*
MEMMIVS. AED. CEREALIA PREIMVS FECIT. *Ceres sedens matronali habitu, cum spicarum manipulo sinistra, & tæda dextera, addito serpente ad pedes.*

Aur. | C. MEMM. C.F. QVIRINVS. *Caput ejusdem, sed literis & figura incusis ac transparentibus.*

Tab. XXIIII. Num. V.

Deest Fulvio.

Arg. | C. MEMMI. C.F. *Caput Cereris corona spicea redimitum.*
C. MEMMIVS IMPERATOR. *Tropheum supra captivũ genu flectentẽ.*

Aur. | *Ejusdem caput Cereris cum literis transparentibus incusis.*
Tab. XXIIII. Num. VI.

Arg. | L. MEMMIVS. *Duæ figuræ hastatæ, Castoris & Pollucis, equos tenentes, cum stellulis in vertice.*
ꝯ *Imago corona spicea redimita.*

Arg. | L. MEMMI. GAL. *Figura in bigis sceptrum tenens, cum Victoriola supervolitante, coronam lauream ferens.*
ROMA. *Saturni imago aversa, cum falce ad cervicem.*

Arg. | L. MEMMI. GAL. *Bigæ ut præcedens.*
Eadem antica pars quinque sequentium.
ROMA. *Saturni imagi aversa, sub mento* A

Tab. XXIIII. Num. VII.

* Arg. | L. MEMMI. GAL. *Bigæ.*
ROMA. *Saturni imago ut supra, sub mento* C.

* Arg. | L. MEMMI. GAL. *Bigæ.*
ROMA. *Imago Saturni, & sub mento* E.

* Arg. | L. MEMMI. GAL. *Bigæ.*
ROMA. *Imago Saturni, & sub mento* H

* Arg. | L. MEMMI. GAL. *Bigæ.*
ROMA. *Saturni imago, & sub mento* O.

* Arg. | L. MEMMI. GAL. *Bigæ.*
ROMA. *Saturni imago, & sub mento* X.
Quinque superiores non sculpti differunt literis in antica parte.

* Arg. | L. MEMMI. GAL. *Bigæ ut supra, infra* E.
ROMA. *Imago Saturni.* Eadem postica sequentium duo.

* Arg. | L. MEMMI. GAL. *Bigæ & infra.* G.
Imago Saturni.

* Arg. | L. MEMMI. GAL. *Bigæ & subpedibus* Q.
Imago Saturni.
Tres præcedentes non sculpti, desunt Fulvio, ob literas in postica parte.

L. C. ME-

Arg. L. C. MEMIES. L. F. GAL. *Bigæ vt supra.*
EX. S. C. *Jmago Saturni aversa, sub mento* M.
Tab. XXIIII. Num. VIII.

Fulvius in aversa parte habet K.

MESCINIA.

Arg. L. MESCINIVS RVFVS. *Figura nuda galeata insistens cippo, dextra hastam, sinistra scipionē tenens, & in eo cippo.* S. P. Q. R. V. P. RED. CAES. *Caput Augusti, nullis inscriptum literis.*

Arg. L. MESCINIVS III. VIR. S. C. *& in cippo.* IMP. CAES. AVGV. COMM. CONS. *Corona quercea, in cujus medio* I. O. M. S. P. Q. R. V. S. PR. S. IMP. CAES. QVOD PER EVM. R. P. IN AMP. ATQ. TRAN. S. E.

METTIA.

☞ Arg. M. METTIVS. *Venus Victrix stans, sinistro cubito innitens clypeo, dextra Victoriolam, sinistra hastam tenens: coram* I.
CAESAR IMP. *Jmago Iulij, cum lituo & simpullo ad cervicem,*
Tab. XXIIII. Num. XI.
Deest Fulvio.

* Arg. M. METTIVS. *Venus Victrix stans, & coram* K.
CAESAR IMP. *Jmago Julij, vt præcedens.*
Hic non sculptus deest Fulvio.

☞ Arg. M. METTIVS. *Venus Victrix, vt supra.*
CAESAR IMP. *Jmago Julij, vt præcedens.*
Tabi XXIIII. Num. X.
Deest Fulvio.

MINVCIA.

Arg. TI. MINVCI. C. F. AVGVR. ROMA. *Columna superstante statua: ad cujus basin duæ spicæ, & à dextris figura sinistro crure insistens globo, aliquid ignotum tenens, & à sinistris figura togata cum lituo.*
Ӿ. *Caput Romæ galeatum.*

Arg. C. AVG. *Columna, vt præcedens.*
ROMA X. *Caput Romæ.*

Arg. Q. MINV. ROMA. *Castor & Pollux equestres.*
RVF. X. *Romæ imago.*

Arg. L. MINVCI. ROMA. *Figura in quadrigis, sceptrum tenens.*
X. *Imago Romæ.*

Arg. Q. HERM. MF. *Duæ figuræ concertantes, tertiâ prostratâ.*
Palladis imago.

☞ Arg. *Palladis imago ut præcedens, sed incusa.* Tab. xxv. Num. I.

MVCIA.

KALENI. HO. VIR. *Imagines Honoris & Virtutis.*
CORDI. IÆ. RO. *Duæ figuræ, quarum Roma paludata dextrum crus globo imponens, sinistra sceptrum tenens, dextram porrigit Italiæ, quæ est figura stolata, cum cornu copiæ sinistra; & a tergo caduceus.*

MVNATIA.

Arg. L. PLANCVS IMP. ITER. *Fulmen, urceolus & caduceus.*
M. ANTON. III. VIR. R. P. C. *Guttus & lituus,*

Arg. L. PLANC. PR. VRB. *Vasculum quoddam oblongum exileque.*
C. CAES. DIC. TER. *Imago Victoriæ.*

MVSSIDIA.

☞ Arg. L. MVSSIDIVS LONGVS. CLOACIN. *Cancelli comitiorum, & duæ figuræ togatæ, suffragia in urnas conijcientes.*
CONCORDIA. *Imago Concordiæ velata, cum semiluna sub mento.*
Tab. xxv. Num. III.
Deest Fulvio.

Arg. L. MVSSIDIVS LONGVS CLOACIN. *Cancelli ut præcedens.*
Imago Solis radiata.

Arg. L. MVSSIDIVS LONGVS. *Duæ dextræ iunctæ, amplectentes caduceum.*
CONCORDIA. *Imago Concordiæ velata.*

Arg. L. MVSSIDIVS LONGVS. *Bigæ aurigante Victoria.*
Victoriæ imago, cum serto in capite, nullis inscripta literis.

Arg. L. MVSSIDIVS LONGVS. *Globus, cornu copiæ, caduceus, albogalerus.*
Orbis in rerum omnium abundantia pace & religione gubernati typus.
Imago Iulij Cæsaris cum lituo & simpullo.

Arg. L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIII. VIR. A. P. F. *Mars galeatus, sinistro crure clypeo innixus, hastam dextra, parazonium sinistra tenens.*
C. CAESAR. III. VIR. R. P. C. *Imago Cæsaris barbati.*

☞ Aur. L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IV. VIR. A. P. F. *Mars ut præcedens.*
M. ANTONIVS III. VIR. R. P. C. *Imago Antonij.*
Tab. xxv Num. IIII.
Caret hoc Fulvius.

NÆVIA.

☞ | Arg. | C. NE. BAB. *Victoria in trigis.*
S. C. *Imago Deæ.*

☞ | Arg. | C. NE. BAB. *Trigæ auriganteVictoria.*
S. C. *Imago Deæ, sub mento* A. Tab. XXV. Num. V.

☞ | Arg. | C. NE. BAB. *Trigæ, & supra* II.
S. C. *Imago Deæ, qualis antica pars etiam sequentium viginti.* Tab. XXV. Num. VI.

☞ | Arg. | C. NE. BAB. *Trigæ, & supra* X. Tab. XXV. Num. VII.

☞ | Arg. | C. NE. BAB. *Trigæ, & supra* CLXXV. Tab. XXV. Num. VIII.

☞ | Arg. | C. NE. BAB. *Trigæ, supra* CCVII. Tab. XXV. Num. IX.

☞ | Arg. | C. NE. BAB. *Trigæ, supra* CCXIII. Tab. XXV. Num. X.

Sex præcedentes sculpti desunt Fulvio ob numeros.

✱ | Arg. | C. NE. AB. *Trigæ, supra* I.

✱ | Arg. | C. NE. BAB. *Trigæ, supra* VIII.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, & numerus* XI.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, &* XIII.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, &* XIIII.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, &* XVI.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, &* XVII.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, &* XXVI.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, &* XXXII.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, &* LII.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, &* LXV.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, &* LVIII.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, & supra* LXXVIII.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, supra* LXXX.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, supra* LXXXXV.

✱ | Arg. | C. NE. B ALB. *Trigæ, supra* C LXVIIII.

Sedecim superiores nō sculpti desunt itidē Fulvio, ob varietatē numerorū.

Aer. | L. SVRDINVS III. VIR. A.A.A.F.F.S.C.
AVGVSTVS TRIBVNIC.POTEST. *In corona quercea,*

NASICIA.

Arg. | Q. NASIDIA. *Navis prætoria, expansis velis, cum asterisco.*
NEPTVNI. *Sexti Pompeij imago, cum Delphine & tridente.*

NERIA.

Arg. | NERI. Q. VRB. *Imago Plutonis, cum unco ad cervicem.*
L. LENT. C. MARC. COS. *Aquila legionaria inter duo signa militaria.*

NONIA.

Arg. | SEX. NONI. PR. L. V. S. F. *Figura insidens clypeis, cui victoria à tergo, dextrâ coronam admovet, sinistrâ palmam tenet.*
SVFFENAS. S. C. *Imago Plutonis cum unco & charEtere ex occipitio.*

NORBANA.

☞ Arg. | C. NORBANVS. *Imago Deæ, & ad cervicem.* VIII.
Lituus, fascis, caduceus & spica, Religionis, Justitiæ, Pacis & abundanti symbola sunt, quæ Augusti temporibus maxime conveniunt.
Tab. XXV Num. XI.
Deest Fulvio ob numerum.

☞ Arg. | C. NORBANVS. *Imago Deæ & ad cervicem* CCIII.
Caduceus, fascis, & spica: Pacis, Iustitiæ & abundantiæ symbola.
Tab. XXV. Num. XII.
Deest ut præcedens.

Arg. | C. NORBANVS. *Imago Deæ & ad occipitium.* XXXVI.
Caduceus, fasces & spica.
Sequentium viginti eadem symbola omissa brevitatis causa.

* Arg. | C. NORBANVS. *Imago Deæ & numerus* XXXIIII.
* Arg. | C. NORBANVS. *Eadem imago, sicut sequentes, &* XXXX.
* Arg. | C. NORBANVS. XXXXVI.
* Arg. | C. NORBANVS. LVIIII.
* Arg. | C. NORBANVS. LXII.
* Arg. | C. NORBANVS. LXXV.
* Aur. | C. NORBANVS. LXXXIII.
* Arg. | C. NORBANVS. CXIII.

C. NOR-

*	Arg	C. NORBANVS.	CXVI.
*	Arg.	C. NORBANVS.	CXX.
*	Arg.	C. NORBANVS.	CXXV.
*	Arg.	C. NORBANVS.	CXXXIIII.
*	Arg.	C. NORBANVS.	CXXXX.
*	Arg.	C. NORBANVS.	CXXXXV.
*	Arg.	C. NORBANVS.	CXXXXVIII.
*	Arg.	C.NORBANVS.	CⅬ.
*	Arg.	C. NORBANVS.	CⅬIIII.
*	Arg.	C. NORBANVS.	CⅬVII.
*	Arg.	C. NORBANVS.	CⅬX.
*	Arg.	C. NORBANVS.	CⅬXXII.

Superiores viginti non ſculpti differunt a ſe invicem & a Fulvianis ob numeros.

NVMITORIA.

Ae. L. NVMITORI. O.O.O. *Roſtrum navis.*
Imago Herculis imberbis.

* Ae. L. NVMITORI. *Roſtrum navis.*
Iovis imago laureata.

Hic non ſculptus deeſt Fulvio.

OGVLNIA.

Arg. OGV. VER. CAR. *Roſtrum navis.*
Ianus bifrons, facie altera barbata, altera imberbi.

Tab. XXVI. Num. I.

Caret Fulvius.

Arg. VER. OGVL. CAR. *Roſtrum navis.*
Janus bifrons barbatus.

Arg. VER. CAR. OGVL. *Iupiter in quadrigis, ſupra* C.
Caput Iovis imberbe laureatum, fulmine ſubſtrato.

Tab. XXVI. Num. II.

Deeſt Fulvio.

Aur. | VE. R. OGV. CAR. *Quadrigæ vt præcedens.*
Imago Jovis cum fulmine eadem.

Hic non ſculptus deeſt Fulvio, ob fulmen & tranſpoſitionem inſcriptionis.

OPEIMIA.

Arg. | L. OPEIMI. ROMA. *Victoria in quadrigis, coronam lauream tenens.*
℞. Imago Romæ & corona laurea ex occipitio.

* Arg. | M. OPEIMI. ROMA. *Sagittarius in bigis.*
℞. Imago Romæ, cum tripode ad cervicem.

* Ae. | .... OPEI. ROMA. *Roſtrum navis.*
Janus bifrons.

Non ſculptus deeſt Fulvio.

Ae. | M. OPEI. *Roſtrum navis.*
Caput Iovis barbatum & galeatum. Deeſt Fulvio.

PAPIA.

Arg. | L. PAPIVS CELSVS III. VIR. *Lupa arida ligna ore ferens, Aquila alarum ventilatione flammam excitat.*
TRIVMPHVS. *Imago Triumphi capite laureato, cum trophæo ad cervicẽ.*

Arg. | L. PAPIVS CELSVS. III. VIR. *Lupa vt præcedens.*
Iunonis Soſpitæ imago.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus.*
Iunonis Soſpitæ imago cum ſcipho ex occipitio.

Tab. XXVI. Num. III.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus cum charactere.*
Iunonis Soſpitæ imago cum unco quadridente ad cervicem.

Tab. XXVI. Num. IIII.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, infra quadridens.*
Iunonis imago, ad cervicem pala.

Tab. XXVI. Num. V.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, infra inſtrumentum quoddam.*
Iunonis imago, ad cervicem terebra.

Tab. XXVI. Num. VI.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, infra ancilia.*
Junonis imago, ad cervicem galea.

Tab. XXVI. Num. VII.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, infra anchora.*
Junonis imago, ad cervicem arcus.
Tab. XXVI. Num. VIII.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, infra flagellum,*
Iunonis imago, ad occipitium cornu.
Tab. XXVI. Num. IX.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, infra tridens.*
Iunonis imago, ex occipitio olla tecta.
Tab. XXVI. Num. X.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, infra lagena.*
Iunonis imago, ad cervicem olla ex fune pendens.
Tab. XXVII. Num. I.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, infra per humanus.*
Imago Iunonis, ad cervicem crus humanum cum ansa.
Tab. XXVII. Num. II.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, cum lagena tripode.*
Iunonis imago, cum lagena fundo plano.
Tab. XXVII. Num. III.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, cum cistula.*
Iunonis imago cum sportula.
Tab. XXVII. Num. IIII.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, cum pugione.*
Junonis imago cum signo ignoto.
Trb. XXVII. Num. V.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, cum vasculo pensili.*
Imago Junonis cum unco.
Tab. XXVII. Num. VI.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, cum pede alato.*
Imago Iunonis cum pilo.
Tab. XXVII. Num. VII.

☞ Arg. | L. PAPI. *Gryphus, cum ollis duabus uno cooperculo tectis.*
Jmago Junonis, cum clathro.
Tab. XXVII. Num. IX.

☞ Aur. L. PAPI. *Gryphus, cum capite apri.*
Junonis imago, cum armo aprugno.

Tab. XXVII. Num. X.

Antecedentes octodecim differunt invicem & a Fulviano characteribus ab utraque parte.

PAPIRIA.

Arg. M. CARBO. ROMA. *Juppiter in quadrigis, dextra fulmen sinistra sceptrum tenens.*
X. *Imago Romæ, ex occipitio ramus palmæ.*

PEDANIA.

Arg. BRVTVS. IMP. *Trophæum.*
COSTA. LEG. *Imago Libertatis.*

PETILLIA.

Arg. PETILLIVS. *Templum Iovis, sex columnis suffultum.*
CAPITOLINVS. *Caput Iovis laureatum.*

Arg. PETILLIVS CAPITOLINVS. *Aquila expansis alis, fulmen unguibus tenens.*
S. F. *Templum Iovis Capitolini, vt præcedens.*

PETRONIA.

Arg. TVRPILIANVS III. VIR. *Luna cum asterisco.*
CAESAR AVGVSTVS. *Imago Augusti.*

Arg. TVRPILIANVS III. *Virgo Tarpeia, scutis injectis, necata.*
CAESAR AVGVSTVS. *Imago Augusti.*

Arg. TVRPILAINVS III. VIR. FERON. *Caput Feroniæ hedera coranatũ.*
CAESAR AVGVSTVS. SIG. RECE. *Parthus cum mithra, sive pileo incurvo in capite, & bracchatus, genibus flexis, restituens signa militaria.*

Arg. TVRPILIANVS III. VIR. *Imago Feroniæ.*
CAESAR AVGVSTVS. *Bigæ Elephantorum.*

☞ Arg. TVRPILIANVS III. VIR. *Eadem imago, sed incusa, cum literis transparentibus.*

Tab. XXVIII. Num. I.

Deest Imago.

Arg. TVRPILIANVS III. VIR. FERON. *Imago Feroniæ vt supra.*
CAESAR AVGVSTVS SIG. RECEPT. *Parthus genibus, flexis, vt supra.*

☞ Arg. P. PETRON. TVRPILIAN. III. VIR. *Imago vt præcedens.*
CAESAR AVGVSTVS. *Bigæ Elephantorum.*

Tab. XXVIII. Num. II.
Deest Fulvio.

Arg. P. PETRON. TVRPILIAN. III. VIR. *Pegasus.*
CAESAR AVGVSTVS. *Imago Augusti.*

PINARIA.

Arg. NATA. ROMA. *Victoria in Bigis.*
X. *Imago Romæ.*

Arg. NAT. ROMA. *Bigæ aurigante Victoria.*
X. *Romæ imago.*

Arg. SCAVRVS IMP. ANT. AVG. *Victoria dextra lauream, sinistra palmam tenens.*
M. ANTO. COS. III. IMP. IIII. *Iovis Ammonis imago.*

PLAETORIA.

☞ Arg. M. PLAETOR. CEST. S. C. SORS. *Simulacrum Sortis.*
Imago Sortis, ex occipitio characteres.

Tab. XXVIII. Num. III.
Diversus hic est à Fulviano characteribus.

☞ Arg. *Eiusdem imago Sortis, sed incusa.*

Tab. XXVIII. Num. IIII.
Deest Fulvio.

Arg. M. PLAETORIVS CEST. S. C. *Fastigium templi Antiatis.*
Imago Sortis, ad cervicem character.

☞ Arg. M. PLAETORIVS. M. F. AED. CVR. *Aquila expansis alis, vnguibus fulmē premens.*
CESTIVNVS. S. C. *Imago Apollinis galeata & laureata, cum pharetra & arcu à tergo, & coram cornucopiæ, & flosculus.*

Tab. XXVIII. Num. V.
Deest Fulviano cornucopię & flos.

Arg. M. PLAETORIVS. M. F. AED. CVR. *Aquila vt præcedens.*
CESTIANVS S. C. *Imago vt supra, & sub mento cornucopiæ.*

☞ Arg. M. PLAETORIVS. CEST. EX. S. C. *Caduceus alatus.*
In sequentibus octo antica pars eadem, & propterea non addita.

Imago videtur Apollinis, cum anchora ad cervicem.

Tab. XXVIII. Num. VI.

☞ Arg. *Imago ut præcedens, cum charactere ex occipitio.*
Tab. XXVIII. Num. VII.

☞ Arg. *Imago ut supra cum temone.* Tab. XXXIII. Num. VIII.

☞ Arg. *Imago eadem cum charactere.* Tab. XXVIII. Num. IX.

☞ Arg. *Imago eadem cum rosa.* Tab. XXVIII. Num. X.

☞ Arg. *Imago ut supra, cum flosculo.* Tab. XXVIII. Num. XI.

☞ Arg. *Eadem imago cum ungula.* Tab. XXVIII. Num. XII.

☞ Arg. *Eadem imago, cum charactere.* Tab. XXVIII. Num. XIII.

☞ Arg. *Eadem imago, cum Delphine.* Tab. XXVIII. Num. IIII.

Novem superiores, differunt a se mutuo & ab Vrsiniano characteribus in postica parte.

☞ Arg. L. PLAETORI. CEST. EX S. C. *Caduceus alatus. Eadem antica duorum sequentium.*
Imago Deæ, cum guttu ad cervicem.
Tab. XXIX. Num. II.

☞ Arg. *Imago Deæ cum charactere.*
Tab. XXIX. Num. II.

☞ Arg. *Imago Deæ, cum vespa.*
Tab. XXIX. Num. III.

Tres sculpti desunt Fulvio, ob diversitatem characterum.

☞ Arg. M. PLAETORIVS. AED. CVR. EX. S. C. *Sellæ curules, cum ramusculo ad latus.*

☞ Arg. *Imago Cybeles, sub mento globus, & ad cerviceem character.*
In sequentibus sex postica pars eadem & posterior omissa.
Tab. XXIX. Num. IIII.

☞ Arg. M. PLAETORIVS. AED. CVR. EX. S. C. *Sellæ curules cum ramusculis.*
Tab. XXIX. Num. V.

☞ Arg. M. PLAETORIVS. AED. CVR. EX. S. C. *Sellæ curules cum charactere.*
Tab. XXIX. Num. VI.

☞ Arg. M. PLAETORIVS AED. CVR. EX. S. C. *Sellæ, cum cancro.*
Tab. XXIX. Num. VII.

☞ Arg. M. PLAETORIVS. AED. CVR. EX. S. C. *Sellæ, cum labaro.*
Tab. XXIX. Num. VIII.

☞ Arg. M. PLAETORIVS. AED. CVR. EX. S. C. *Sellæ, cum ramo lauri.*
Tab. XXIX. Num. IX.

☞ Arg. M. PLAETCRIVS. AED. CVR. EX- S. C. *Sellæ, cum ſpica.*
Tab. XXIX. Num. X.
Septem ſuperiores ſculpti, differunt à Fulviano characteribus.

Arg. L. PLAET. CEST. BRVT. IMP. *Imago M. Bruti.*
EID. MAR. *Pileus libertatis, inter duos pugiones.*

Arg. L. PLAET. CEST. *Imago Libertatis.*
BRVT. IMP. *Securis & capedo.*

Arg. L. PLAETORI. L. F. Q. S. C. *Figura nuda gradiens.*
MONETA. S. C. *Imago Deæ Monetæ.*

PLANCIA.

Arg. CN. PLANCIVS AED. CVR. S. C. *Imago pileata.*
DAMA, *& à tergo columna cum arcu: monumenta Ædilitatis.*

PLAVTIA.

Arg. L. PLAVTIVS. *Imago Apollinis Pythij.*
PLANCVS. *Victoria equos Solis freno cohibens.*

Arg. M. SCAVR. AED. CVR. EX. S. C. REX ARETAS. *Aretas Rex Arabum, ſupplicantis ritu dextro genu nixus camelum tenet, & olivæ ramum paci impetrandæ dextra prætendit.*
C. HVPSAE. COS. PREVIER. CAPTV. HVPSAEVS AED. CVR. *Quadrigæ.*

Arg. C. YPSAE. COS. PRIV. CEPIT. *Quadrigæ aurigante Conſule.*
P. YPSAE. S. C. *Imago Deæ cum delphine ad cervicem.*

Arg. C. YPSAE. COS. PRIV. CEPIT. *Quadrigæ aurigante Conſule, infra ſcorpius,*
P. YPSAE. S. C. *Effigies Neptuni cum tridente ad cervicem.*

Fulvij numus caret ſcorpio ſub quadrigis.

Arg. A. PLAVTIVS AED. CVR. S. C. *Imago Cybeles turritæ.*
BACCHIVS IVDAEVS. *Bacchius Judæus Arabiæ regulus ſuperatus, ſupplicantis ritu dextro genu nixus camelum tenet, ut ſupra.*

Arg. C. PLVTI ROMA. *Caſtor & Pollux, equeſtres.*
X. *Imago Romæ galeata.*

PLOTIA.

Ae. | C. PLOTIVS RVFVS III. VIR. A. A. A. F. F. S. C.
AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. *In corona quercea.*

☞ Ae. | C. PLOTIVS RVFVS III. A. A. A. F. F. C.
OB CIVIS SERVATOS. *In corona quercea, vtrimque ramus lauri.*

Tab. XXIX. Num. XII.
Deest Fulvio.

POBLICIA.

* Arg. | L. METEL. A. ALB. S. F. *Imago Apollinis.*
C. MAL. ROMA. *Roma galeata insidens clypeis, dextra hastam tenens, cui Victoria à tergo coronam admovet.*

* Arg. | C. MAL. ROMA. *Roma galeata insidens clypeis vt præcedens.*
Imago Apollinis nulla inscripta literis.

Deest Fulvio.

* Arg. | C. MAL. *Figura dextro crure spolijs ad tropheum insistens, hastam dextra, scutum sinistra tenens, à tergo prora navis.*
Caput galeatum & sub mento *

* Arg. | C. MAL. *Figura dextro crure ad trophæum spolijs insistens, vt præcedens.*
* *Imago Romæ.*

* Arg. | C. POBLICI Q. F. *Hercules leonem elidens & suffocans, cum pharetra & arcu, à tergo exuviæ leonis, & infra clava, cum litera* A.
ROMA. *Caput galeatum, & duabus spicis erectis ornatum; supra* A.

* Arg. | C. POBLICI. Q. F. *Hercules leonem elidens, vt præcedens, &* I.
ROMA. *Caput galeatum vt supra, & litera* I.

* Arg. | C. POBLICI. Q. F. *Hercules idem, cum litera* L.
ROMA. *Caput galeatum, & supra* L

* Arg. | C. POBLICI. Q. F. *Hercules vt supra, cum* N.
ROMA. *Caput galeatum, & supra.* N.

* Arg. | C. POBLICI. Q. F. *Hercules vt supra, &* O.
ROMA. *Caput galeatum, & litera* O.

* Arg. | C. POBLICI. Q. F. *Hercules idem, &* X
ROMA. *Imago galeata, cum eadem liaera.* X.

Sex præcedentes non sculpti, differunt à Fulviano literis ab utraque parte.

Arg. M. POBLICI. LEG. PRO. PR. *Caput Palladis galeatum.*
CN. MAGNVS IMP. *Figura stolata clypeum & hastas demissis mucronibus gerens: alteri figuræ militari (dextro pede proræ insistenti) palmam porrigens: sive Cn. Pompeius Magnus cum Hispania dextras jungens.*

☞ Arg. C. MALLE. C. F. X. *Romæ caput galeatum.*
L. LIC. CN. POM. *Mars in bigis cum lituo militari, dextra hastam vibrans, sinistra scutum tenens.*

Tab. XXIX. Num. II.

Differt à Fulvio ob lituum militarem.

POMPEIA.

Arg. MAGN. PRO. COS. *Prora navis.*
CN. PISO. PRO. *Imago Numæ, diademate revincta, in quo* NVMA.

Arg. M. MAGN. PRO. COS. *Aquila & Delphin, in cujus medio sceptrum.*
XARRO PRO Q. *Imago Jovis terminalis, aut Hermæ effigies.*

Aur. Arg. CN. MAGNVS IMP. *Statua Cn. Pompei Magni, dextro crure insistens proræ navis, cui Hispaniæ imago stolata dextra palmam porrigit, sinistra duo spicula tenens, cum clypeo à tergo.*
M. POBLICI. PRO. PR. *Imago Palladis.*

Arg. Q. NASIDIV. *Navis Prætoria expansis velis cum asterisco.*
NEPTVNI. *Sexti Pompei effigies, coram tridentem habens.*

Arg. MAG. PIVS IMP. ITER. *Pompei imago cum lituo & vrceolo.*
PRAEF. CLASS. ET ORAE. MARIT. EX S. C. *Figura nuda, dextro pede rostro navis insistẽs, dextra acrostolium tenẽs (fortè Neptuni aut Pompei) vtrimqe Amphinomus & Anaphis Catanensis fratres, qui parentem vtrumque ex Athnæ incendio illæsum efferunt.*

☞ Arg. MAG. PIVS IMP. ITER. *Inscriptio & imago eadem, sed incusa.*

Tab. XXIX. Num. XIII.

Arg. MAG. PIVS IMP. ITER. *Trophæum navale, colũna cum superposito Neptuno reduce, sinistro pede rostrum navis calcante, infra quem triremis, fuscina, & Aquila legionaria.*
PRAEF. CLASS. ORAE MARIT. EX S. C. *Scyllæ simulacrum.*

* Aur. MAG. PIVS IMP. ITER. *Cnei Pompei imago.*
PRÆF. CLASS. ET ORAE. MARIT. EX S. C. *Cnei Pompei & Sexti Filij imagines adversæ, cum lituo & vrceolo.*

Fulvius in postica habet habet tripodem, hic urceolum.

☞ Arg. MAG. PIVS IMP. ITER. *Imago Neptuni cum tridente.*
PRAEF. CLASS. ORAE MARIT. EX S.C. *Trophæum maritimum.*

Tab. XXIX. Num. XIIII.

Neptunus minus expressus apud Fulvium.

Arg. Q. POM. RVF. P. RVFVS COS. *Imago Rufi Consulis.*
SVLLA COS. *Imago Sullæ.*

Arg. Q. POMPEI. Q. F. COS. *Sellæ curules, cum pilo militari & palma.*
SVLLA COS. Q. POMPEI RVF. *Sella curlis, cum lituo & corona laurea.*

Arg. SEX. PO. M. FOSTVLVS ROMV. *Lupa Romulum & Remum lactãs, & pastor Fostulus stans ad ficum ruminalem.*
X. *Imago Romæ, cum urceolo ad cervicem.*

Arg. AN. RF. ROMA. *Iuppiter in quadrigis, cum fulmine & sceptro.*
X. *Romæ caput galeatum.*

Deest Fulvio, quamvis non sculptus.

POMPONIA.

Arg. L. POMPO. MOLO. *Imago Apollinis.*
NVM. POMPIL. *Pomponius capram ad Iunonis aram accensam admonens, & Augur ad eam stans erectus, cum lituo.*

Arg. L. POMPON. CN. F. X. *Imago Romæ.*
L. LIC. CN. DOM. *Mars in bigis, dextra hastam vibrans, sinistra scutum tenens cum lituo militari.*

Arg. Q. POMPONI. *Aquila cum corona laurea: a tergo anguis.*
RVFVS S. C. *Imago Iovis.*

Arg. Q. POMPONI. MVSA. *Apollinis imago.*
HERCVLES MVSARVM. *Hercules cum Cithara, ad pedes clava.*

☞ Arg. Q. POMPONI. MVSA. *Figura stolata stans, sinistro cubito incumbens columnæ, dextra volumen quoddam manu tenens.*
Imago Calliopes.

Tab. XXX. Num. I.

Arg. Q. POMPONI MVSA. *Figura stolata stans, dextra bacillũ super tripode tenẽs.*
Imago Uraniæ.

Arg. Q. POPMONI. MVSA. *Figura stans cum cithara columnæ super imposita.*
Imago Clius.

Arg. Q. POMPONI. MVSA. *Figura stolata stans, sinistro cubito innixa columnæ, dextra personam gerens.*
Imago Thaliæ, cum charactere ad cervicem.

☞ Arg. Q. POMPONI. MVSA. *Figura stolata stans, dextra Citharam tenens.*
Imago Polymniæ, cum charactere.

Tab. XXX. Num. II.
Differt à Fulviano ob characterem ad cervicem.

PORCIA.

Arg. C. CATO. ROMA. *Victoria in bigis.*
X. *Imago Romæ.*

Aur. M. CATO. O. *Caput imberbe, capillis promissis, intonsis, & posteriore parte religatis.*
ROMA. *Figura nuda genu flexo, numos aut quidvis aliud ex cista in saccum proijciens.*
Deest Fulvio.

☞ Arg. M. CATO. ROMA. *Imago Deæ.*
VICTRIX. *Victoria sedens, dextra pateram, sinistra palmam tenens.*

Tab. XXX. Num. III.
Deest Fulvio.

☞ Arg. M. CATO PROPR. *Imago Deæ.*
VICTRIX. *Victoria victrix sedens vt supra.*

Tab. XXX. Num. IIII.
Huic parte antica deest ROMA, eoque differt à Fulviano.

☞ Arg. M. CATO PROP. *Imago Apollinis,*
VICTRIY. *Victoria sedens.*

Tab. XXX. Num. V.
Fulvio deest PROP.

Aur. M. CAO. *Imago Apollinis.*
VICTRIX. *Victoria sedens vt supra.*

✱ Arg. M. CATO RA. *Imago Deæ.*
VICTRIX. *Victoria sedens.*

Non sculptus deest Fulvio.

☞ Arg. M. PORC. ROMA. *Figura in quadrigis, Victoria supervolitante cum corona laurea.*
LAECA. X. *Romæ caput galeatum.*

Tab. XXX. Num. VI.
Fulviano numo deest Victoria supervolitans.

Arg. P. LÆCA X. *Imago Romæ.*
PROVOCO. *Vir togatus stans inter lictorem & personam provocantem stolatam, cui dextram imponit.*

☞ Arg. P. LECA. *Imago Romæ, & super galea* ROMA.
PROVOCO. *Figura togata stans, vt præcedens.*

Tab. XXX. Num. VIII.

Deest Fulvio ROMA, supra galeam.

☞ Arg. P. LAECA. X. ROMA. *Caput ejusdem sed incusum.*

Tab. XXX. Num. VII.
Deest Fulvio.

POSTVMIA.

☞ Arg. A. ALBINVS. *Tres equites galeati, cum hastis & scutis decurrentes, & prostratum hostem conculcantes.*
ROMA. *Imago Dianæ, cum pharetra & arcu.*

Tab. XXX. Num. IX.

Fulvij pedester præcurrit.

Arg. A. ALBINVS. *Statuæ Castoris & Pollucis hastatæ stantes, cum duobus equis potantibus.*
ROMA. X. *Imago Apollinis cum asterisco ad cervicem.*

Arg. A. ALB. S. F. L. METEL. ✱ *Imago Apollinis.*
C. MAL. ROMA. *Figura Romæ, insidens clypeis, dextra hastam tenens, cui Victoria à tergo coronam admovet.*

Arg. A. ALB. S. F. L. METEL. *Imago Apollinis.*
C. MAL. ROMA. *Figura Romæ vt præcedens.*

☞ Arg. *Imago Apollinis, nullis inscripta literis.*
C. MAL. *Figura Romæ vt supra.*

Tab. XXX. Num. X.

Deest Fulvio.

Arg. L. POST. AB. ROMA. *Mars trophæophorus in quadrigis.*
X. *Romæ caput galeatum, cum albo galero ad cervicem.*

☞ Arg. C. POSTVMI. Æ. *Canis currens, infra venabulum.*
Imago Dianæ, cum pharetra & arcu à tergo.

Tab. XXXI. Num. I.

Fulviano deest venabulum.

☞ Arg. A. POST. A. F. S. N. ALBIN. *Bos stans ad aram in monte erectam cui adstat magister* XV. *sive* X. *vir, dextram extendens supra caput bovis.*
Dianæ imago cum arcu & pharetra, in cujus vertice caput bovis.

Tab. XXXI. Num. II.

Deest Fulvio caput bovis.

Arg. A. POST. A. F. S. N. ALBIN. *Figura togata, dextram extendens super aquilam legionariam, à tergo fasces Consulares.*
HISPAN. *Imago Hispaniæ capite velato,*

PROCILIA.

Arg. L. PROCILI. F. *Juno Sospita cum pelle caprina, scutulo, hasta & calceolis repandis, addito serpente Lanuuino, capite surrecto repente.*
S. C. *Caput Jovis barbatum & laureatum.*

Arg. L. PROCILI. F. *Juno Sospita in bigis, cum scutulo & hasta, infra serpens Lanuuinus capite erecto repens.*
S. C. *Iunonis Sospitæ imago.*

QVINCTIA.

Arg. T. Q. ROMA. *Castor & Pollux decurrentes; sub equis scutum.*
X. *Romæ caput galeatum, cum albogalero ad cervicem.*

RENIA.

Arg. C. RENI. ROMA. *Bigæ hircorum, cum figura aurigantis.*
X. *Caput Romæ galeatum.*

ROSCIA.

☞ Arg. L. ROSCI. *Imago Iunonis Sospitæ, ad cervicem cithara.*
FABATI. *Virgo ex gremio anguem Lanuuinum pascens; à tergo scyphus.*

Tab. XXXI. Num. III.

☞ Arg. L. ROSCI. *Eadem imago est* XVI. *sequentium: Ex occipitio, caput cervi.*
FABATI. *Virgo eadem in* XVI. *sequentibus, à tergo caput bovis.*

Tab. XXXI. Num IIII.

☞ Arg. L. ROSCI. *Ad cervicem ramusculus.*
FABATI. *Ex occipitio patella.* Tab. XXXI. Num. V.

☞ Arg. L. ROSCI. *Ad cervicem character.*
FABATI. *additus character.* Tab. XXXI. Num. VI.

Arg. L. ROSCI. *Cum charactere.*
FABATI. Tab. XXXI. Num. VII.

☞ Arg. L. ROSCI. *Cum charactere.*
FABATI. *idem.* Tab. XXXI. Num. VIII.

☞ Arg. L. ROSCI. *cum charactere.*
FABATI. *idem.* Tab. XXXI. Num. IX.

☞ Arg. L. ROSCI. *cum charactere.*
FABATI. *idem.* Tab. XXXI. Num. X.

☞ Arg. L. ROSCI. *cum charactere.*
FABATI. *idem.* Tab. XXXII. Num. I.

☞ Arg. L. ROSCI. *Scyphus.*
FABATI. *Malleus.* Tab. XXXII. Num. II.

☞ Arg. L. ROSCI. *Albogalerus.*
FABATI. *idem.* Tab. XXXII. Num. III.

☞ Arg. L. ROSCI. *cum charactere.*
FABATI. *idem.* Tab. XXXII. Num. IIII.

☞ Arg. L. ROSCI. *Caput humanum.*
FABATI. *idem.* Tab. XX.XII. Num. V.

☞ Arg. L. ROSCI. *Character.*
FABATI. *Tridens.* Tab. XXXII. Num.VI.

☞ Arg. L. ROSCI. *Pavo.*
FABATI. *Character.* Tau. XXXII. Num. VII.

☞ Arg. L. ROSCI. *absque charactere.*
FABATI. *Malleus.* Tab. XXXII. Num. VIII.

☞ Arg. L. ROSCI. *Character.*
FABATI. *idem.* Tab. XXXII. Num. IX.

☞ Arg. L. ROSCI. *Locusta.*
FABATI. *idem.* Tab. XXXIII. Num. X.

RVBRIA.

Arg. L. RVBRI. *Victoria stans ad aram, cui insidet anguis caput attollens.*
DOSSEN. *Imago Neptuni capite laureato cum tridente ex occipitio.*

☞ Arg. L. RVBRI. *Thensa à quatuor equis tracta, ex qua evolat Victoriola cum corona laurea.*
DOSSEN. *Imago Neptuni, ut præcedens.*
Tab. XXXIII. Num. I.
Fulviano deest Victoriola.

☞ Arg. | L. RVBRI. *Thensa ut supra.*
DOS. *Caput L. Rubrij galeatum & cristatum.*

Tab. XXXIII. Num. II.

Deest Fulvio.

Arg. | L. RVBRI. *Thensa ut praecedens.*
DOS. *Imago Iunonis Reginæ, cum sceptro ad cervicem.*

RVSTIA.

Arg. | L. RVSTI. *Aries.*
S. C. X. *Caput galeatum.*

Arg. | L. RVSTIVS FORTVNAE ANTIATI. *Fortunæ reducis & Antiatis simulacra.*
CAESARI AVGVSTO EX S. C. *Ara votiva Fortunæ pro reditu Cæsaris Augusti, in cujus medio* FOR. RE.

RVTILIA.

Arg. | L. RVTILI. *Victoria in bigis.*
FLAC. *Romæ caput galeatum.*

SALVIA.

Arg. | Q. SALVIVS IMP. COS. DESIG. *Fulmen Iovis.*
C. CAESAR III. R.P.C. *Caput Cæsaris.*

Ae. | M. SALVIVS OTHO III. VIR. A.A.A. F.F. S.C.
CAESAR AVGVST. PONT. MAX. TRIBVNIC. POTEST. *Imago Cæsaris.*

SANQVINIA.

Arg. | M. SANQVINIVS III. VIR. *Imago cum stella in vertice.*
AVGVSTVS DIVI. F. LVDOS SAEC. *Mercurius petasatus cum caduceo in dextra, clypeo in sinistra.*

Arg. | M. SANQVINIVS. III. VIR. *Imago ut praecedens.*
AVGVSTVS DIVI F. *Caput Augusti.*

Ae. | M. SANQVINIVS Q. F. III. A.A.A.F.F. S.C.
OB CIVIS SERVATOS. *Corona quercea, quam duo rami circumdat.*

☞ Ae. | M. SANQVINIVS. Q. F. III. A.A.A. F.F. S.C.
AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. *in corona quercea.*

Tab. XXXIII. Num. III.
Deest Fulvio.

SATRIE-

SATRIENA.

* Arg. P. SATRIENVS ROMA. *Lupa gradiens.*
Antica pars eadem sequentium octo.
Caput galeatum, ad cervicem XXI.

* Arg. *Caput galeatum, et ad cervicem* XVIIII.

* Arg. *Caput galeatum, &* XXI.

* Arg. *Caput galeatum, &* XXVI.

* Arg. *Caput galeatum, &* XXXII.

* Arg. *Imago galeata, &* LXI.

* Arg. *Imago eadem, &* LXIII.

* Arg. *Imago eadem, et* LXXXVI.

* Arg. *Jmago eadem, &* LXXXXV.

Novem superiores non sculpti desunt Fulvio ob diversitatem numerorum.

SAVFFEIA.

Arg. L. SAVF. *Victoria in bigis.*
X. *Romæ caput galeatum.*

SCRIBONIA.

Arg. C. SCR. ROMA. *Castor & Pollux equestres.*
X. *Caput Romæ galeatum.*

Arg. SCRIBON. PVTEAL. *Figura Putealis.*
LIBO. BON. EVENT. *Boni Eventus Imago.*

Arg. SCRIBON. LIBO. PVTEAL. *Figura Putealis Scribonij Libonis.*
PAVLLVS LEPIDVS CONCORDIA. *Imago Concordiæ capite velato.*

Fulvius in postica non habet LIBO. & est hic numus inter omissa.

Tab. XXXXV. Num. IX.

Arg. PVTEAL. SCRIBON. LIBO. *Figura Putealis.*
PAVLLVS LEPIDVS CONCOR. *Jmago Concordiæ.*
Deest Fulvio.

SEMPRONIA.

Arg. TI. SEMPRONIVS GRACCVS III. VIR. Q. DESIG. *Vexillum, aratrum, decempeda, sive pertica agri mensoria, symbola coloniæ deductæ.*
DIVI IVLI F. *Imago Augusti.*

Arg. L. SEMP. ROMA. *Castor & Pollux equestres.*
PITIO. X. *Romæ imago galeata.*

Arg. P. SEMPRONIVS. *Imago Semproniј, ad cervicem capsula.*
PIETAS. *Figura Pyramidis in qua P. S. ad latus sceptrum, cui circumvolvitur anguis, supra corona laurea, iuxta* ₰.

Tab. XXXIII. Num. IIII.
Deest Fulvio.

SENTIA.

Arg. L. SENTI. C. F. *Iuppiter in quadrigis, super equis litera* D.
ARG. PVB. *Imago Romæ.*

Eadem posterior pars sequentium sex.

* Arg. L. SENTI. C. F. *Jupiter in quadrigis, infra* B.
* Arg. L. SENTI C. F. *Quadrigæ aurigante Iove, infra* H.
* Arg. L. SENTI. *Quadrigæ, infra* L.
* Arg. L. SENTI. C. F. *Quadrigæ, infra* M.
* Arg. L. SENTI. C. F. *Quadrigæ, infra* Q.
* Arg. L. SENTI. C. F. *Quadrigæ, infra* R.

Sex præcedentes non sculpti, differunt à Fulviano literis diversis.

* Arg. L. SATVRN. *Iupiter in quadrigis, infra* H.
Romæ caput galeatum, sed aversum.
Ita in sex sequentibus.
* Arg. L. SATVRN. *Quadrigæ aurigante Iove, isnra* L.
* Arg. L. SATVRN. *Quadrigæ, & infra,* R.
* Arg. L. SATVRN. *Quadrigæ, infra,* X.
* Arg. L. SATVRN. *Quadrigæ, & infra,* ⚲.
* Arg. L. SATVRN. *Quadrigæ, supra,* °ʘ°.
* Arg. L. SATVRN. *Quadrigæ, & supra,* ∽

Superiores septem differunt à Fulviano literis & characteribus.

SEPVLIA.

Arg. P. SEPVLIVS MACER. *Venus Victrix, stans cum hasta & Victoriola.*
CAESAR IMP. *Imago Cæsaris, cum sidere ad cervicem.*

Arg. | P. SEPVLIVS MACER. *Venus stans cum Victoriola, hastili & scuto.*
CAESAR DICT. PERPFTVO. *Imago Cæsaris capite velato.*

Arg. | P. SEPVLIVS MACER. *Desultorius eques cum corona.*
Imago Lepidi, habitu pontificali, cum lituo & vrceolo.

SERGIA.

Arg. | M. SERGI. SILVS, *M. Sergius Silus galeatus equo insidens, manu gestat caput Ducis Cartaginensium in prælio ab eo amputatum, sub equo* Q.
ROMA EX. S. C. ✠. *Romæ caput galeatum.*

SERVILIA.

Arg. | AHALA. *Imago Servilij Ahalæ.*
BRVTVS. *L. Junij Bruti effigies.*

☞ Arg. | M. SERVEILI C. E. *Duæ figuræ concertantes, equis duobus hinc inde astantibus, & infra inscriptium* A.
Romæ caput galeatum, & ad cervicem ω.
Tab. XXXIII. Num. V.

☞ Arg. | M. SERVEILI C. F. *Duæ figuræ vt in præcedente, infra* A.
Caput Romæ galeatum ad cervicem,
Tab. XXXIII. Num. VI.

☞ Arg. | M. SERVEILI C. F. *Duæ figuræ vt supra, infra* R.
Caput Romæ galeatum, ex occipitio ☋
Tab. XXXIII. Num. VII.

☞ Arg. | M. SERVEILI C. F. *Duæ figuræ concertantes, infra* C.
Imago Romæ galeata, ad cervicem X.
Tab. XXXIII. Num. VIII.

Arg. | P. SERVILI M. F. *Victoria in bigis, cum ramo palmæ, sub equis* II.
RVLLI. *Imago Palladis.*

Aur. Arg. | C. SERVEILI M. F. *Duo equites aversi; cum hastis & stellulis eorum capitibus super impositis.*
ROMA ✠. *Romæ caput galeatum, cum corona laurea ad cervicem.*

Arg. | C. SERVEIL. *Duo ex equis depugnantes, & in scuto posterioris* N.
ROMA ✠. *Caput Romæ galeatum cum lituo ad cervicem.*

Arg. C. SERVEIL. *Duo ex equis depugnantes, ut præcedens.*
ROMA ✠. *Imago Romæ laureata sine galea, ad cervicem lituus &* B

Arg. C. SERVEIL. C. F. *Duæ figuræ militares stantes flexis genibus, dextris pugiones, sinistris scuta tenentes, colloquentium specie: Sive duo gladiatores, ludis Floralibus exhiberi soliti.*
FLORA. PRIMVS. *Imago Floræ, cum lituo ad cervicem.*

Arg. CASCA LONGVS *Neptuni caput cum tridente.*
BRVTVS IMP. *Victoria insistens proræ navis, dextra sertum, sinistra palmam tenens.*

Arg. PISO CAEPIO. Q. *Imago Saturni capite laureato, ad cervicem Falx.*
AD. FRV. EMV. EX S. C. *Figuræ duorum Ædilium in sellis sedentium.*

* Arg. PISO CAEPIO. A. *Imago ut præcedens, & infra tridens.*
AD. FRV. EMV. EX. S. C. *Rei frumentariæ præfecti sedentes.*

Fulvio deest tridens.

SESTIA.

Arg. L. SESTI. PRO. Q. *Imago Deæ capite velato.*
Q. CAEPIO. BRVTVS PRO COS. *Tripus, securis, capeduncula.*

SICINIA.

Arg. Q. SICINIVS III. VIR. *Imago Apollinis cum sidere infra.*
C. COPONIVS PR. S. C. *Clava Herculis, cum exuvijs leonis, jaculo, & arcu.*

☞ Arg. Q. SICINIVS III. VIR. *Imago ut præcedens, sed aversa.*
C. COPONIVS PR. S. C. *Clava Herculis ut supra.*

Tab. XXXIII. Num. IX.

Arg. Q. SICINIVS III. VIR. *Caduceus cum palma decussatus, supra corona laurea, ex palma dependet fascia.*
FORT. P. R. *Imago Fortitudinis.*

☞ Arg. FORT. P. R. *Imago & literæ eædem, sed incusæ & transparentes.*

Tab. XXXIII. Num. X.

Deest Fulvio.

SILIA.

Ae. SILIVS ANNIVS LAMIA. *Duæ dextræ junctæ cum caduceo.*
III. VIR. A. A. A. F. F. *in ambitu, in medio verò* S. C.

	Ae.	SILIVS ANNIVS LAMIA. *Lituus cum simpullo.* III. VIR. A. A. A. F. F. S. C.
☞	Ae.	SILIVS ANNIVS LAMIA. *In cuius medio cornucopiæ, ad latus* S. C. III. VIR. A. A. A. F. F. *In medio incus.* Tab. XXXIIII. Num. I. Deest Fulvio.

SPVRILIA.

	Arg.	A. SPVRI. ROMA. *Diana in bigis.* X. *Romæ caput galeatum.*

SVLPICIA.

	Arg.	P. GALB. ROMA. *Figura in bigis, cui Victoriola advolans coronam admovet.* X. *Romæ caput galeatum.*
	Arg.	P. GALB. AE. CVR. *Secespita, capeduncula, securis.* S. C. *Imago Vestæ.*
	Arg.	L. SERVIVS RVFVS. *Imago Servij Sulpicij Rufi.* *Duæ figuræ nudæ galeatæ stantes adversæ, cum gladijs, hastas per transversum tenentes.*
	Arg.	SER. GALBA. IMP. *Figura equestris.* HISPANIA. *Caput muliebre, cum duobus pilis, spicis, & clypeo; Hispaniæ imagini ob provinciæ fertilitatem, & in re militari præstantiam, spicæ, clypeus, & hastæ appictæ sunt.*
*	Arg.	C. SVLPICI. C. F. *Statuæ Deorum Penatium stantes, sinistra pila tenentes & in eorum medio, porca: supra* A. D. P. P. *Imagines Deorum Penatium laureatæ.* Eadem posterior pars sequentium septem.
*	Arg.	C. SVLPICI C. F. *Statuæ ut suprà, & inter eorum capita,* F.
*	Arg.	C. SVLPICI C. F. *Statuæ ut supra, & inter eorum capita,* I.
*	Arg.	C. SVLPICI C. F. *Statuæ ut supra, & inter eorum capita,* N.
*	Arg.	C. SVLPICI C, F. *Statuæ & litera* Q.
*	Arg.	C. SVLPICI C. F. *Statuæ & litera* R.
*	Arg.	C. SVLPICI C. F. *Statuæ & litera* V.
*	Arg.	C. SVLPICI C. F *Statuæ & liter* X.

Superiores octo non sculpti, desunt Fulvio, ob diversitatem literarum.

D.P.P.

☞ | Arg. | D. P. P. *Imagines & literæ eædem, sed incusæ.*

Tab. XXXIIII. Num. II.

Deest Fulvio.

Arg. | PLATORMVS III. VIR. M. AGRIPPA. *Effigies Agrippæ.*
CAESAR AVGVSTVS. *Imago Cæsaris.*

TARQVITIA.

* | Arg. | C. TARQVITI P. F. *Bigæ aurigante Victoria, super equis* X. *& infra* Q.
C. ANNI. T. F. T. N. PRO COS. EX. S. C. *Imago Deæ cum bilance sub mento.*

* | Arg. | C. TARQVITI. P. F. *Victoria in bigis, super equis* XXVIII. *& infra* Q.
